

www.e-rara.ch

Acta Academiae Lovaniensis contra Lutherum

Aleander, Hieronymus

[Basel], [1520]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FM1 XI 16:6

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1553>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.


Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

FM'
X116
6



F.M. XI. 16⁵.^b

CATALOG



BIBL. PUBL.
BASILEENSE

ACTA
ACADEMIAE LOVANI
ENSIS CONTRA
LVTHERVM.



1515.

113 18 17 8

Doct.

CANDIDO LECTORI S.

NOVA que nunc sunt, ut omnium interest ea maxime nota esse, lubens exponam. Venit his diebus Hieronymus Alexander, vir sua opinione longe maximus, non solum propter linguas, quas eximie callet: siquidem Hebreæ illi ueracula est, Græca à puerò illi coaduuit, Latine autem didicit diutina professio ne: sed etiam mirabilis sibi uidetur ob antiquitatem generis. Nam Iudeus natus est: que gens immodice gloriatur de Abraham uetusissimo se originē du cern. An uero baptisatus sit, nescitur. Certum est cum non esse phariseum: quia non credit resurrectionem mortuorum. Quoniam uiuit perinde atq; cum corpore sit totus periturus, adeo nullum à se prauum affectum abstinentis. Vsq; ad insaniam iracundus est, quavis occasione furens. Impotentis arrogatio, auaricie inexplibilis, nefandæ libidinis, & immodicæ. Summum glorie mancipium, quanquam mollior, quam qui possit elaborato stilo gloriam parare: & peior, quam qui uel conetur in argumento honesto. At ne nesciamus, cessit felicissime simulata defectio ad Christianos. Nactus enim sic est ansam illustrandi Moysi, & obscurādi Christi gloriam, quæ hoc seculo cœpit restorescere, flaccescere, te superstitione, & pestiferis hominum traditiunculis. Itaq; instructus literis Pontificijs nuper uenit perditurus (quantum potest) optima queq;. Vale. Id uos candidos lectores scire uolui.

ACTA SEMI DEO

RVM LOVANIENSIVM.



VNC maxime feruet stolidorum ac furiosorum tyranis . Aleander Louanii per carnificē publicum , ac promotorē libros aliquos exus sit in foro , eodem die quo Rex discessit Louanio, ut dicere possim Rege præsente factū . Tētarunt idē Antwerpia , sed frustra . Hoochstratus restitutus est in officiū inquisitoris : & dira minatur omnibus , qui illam bestiam non adorarint . Dorpio palām minantur Theolgi Lovaniēses , se electuros illum ē synagoga Theologorum , ni recantet orationem quam ædedit nuper , in qua laudavit linguarum peritiam . Res acta est ea ratione , qua Theolgi solent omnia . Conuocata est Vniuersitas sub iuramento in ædes Rectoris , quæ nec capere poterant Vniuersitatem . Languet enim Rector Rosemodanus , qui nunc declarat qualis ante fuerit . Cum esset congregata Vniuersitas , ut audirēt quæ proponerēt nūci Apo stolici , non comparuerunt , nisi duo ministri barbatuli , fututuli : & exhibēt bullam illam terrificam Louanii natam , unā cum exemplari : & conferte inquiunt . Bulla lecta est : ibi sedebatur duabus horis . Nihil aliud definiuit Vniuersitas , quām Bullā haberi plecta . Postridie Theo

A C T A

logi per deputationem suam procedunt, perinde, quasi
 tota res esset acta per Vniuersitatem: cum nec Alean-
 der docuerit de sua commissione, nec bulla sit examina-
 ta ab iis à quibus oportuit: nec approbata per omnes,
 sicut oportuit in retanta. Libri aliquot sunt exusti in fo-
Edmondanus.ro, sed ridentibus omnibus. Edmondanus in die Dio-
 nysii orationem habuit apud populum, ipso dignam,
 hoc est stultam, & furiosam: & in Erasumum præsentem
 plura dixit, quam in ipsum Lutherum, impudentissime
 mentiens. Aiebat Lutherum in horrendos illos errores
 incidisse, quod esset cupidus nouorum: cum Lutherus
 omnia sua hauserit ex Augustino, Bernardo, Gersone,
Cardinale Cusano. Dicebat Erasmus uehementissime
 fauisse Luthero: cum nunquam miscuerit se causæ illi-
 us, sed tantum improbat modum, quo illum aggredi-
 ebantur, uociferantes apud indoctos in illū, quem nol-
 lent, aut non possent refellere. Multaq; his similia, per-
 stringens oblique linguas, ac nouum testamentū, idq;
 ridentibus penè omnibus. Die dominico proximo re-
 petiit eadem, & bullam ostendit populo. Videte, inquit
sigillum: quasi hoc sit approbare bullam, procul ostendere sigillum. Adiecit inter cetera, odiose notans Eras-
 sum: Venient & ipsi aliquando ad palū, nisi desistent.
 Quasi bulla non sufficeret. Exierat & mādatum Recto-
 ris, multa adiiciens, quæ in bulla nō habebantur, ne uen-
 derentur libelli scripti in infamiāuniuersitatū, & bonorū
 uitorū. Hoc opposuerunt orationi Dorpianæ, & Mosel-
 lani. Obmurmuratum est a iureconsultis, quibus nunc:
 ingens:

ingens dissidium est cum Theologis. In actu cuiusdam
 Iureconsulti, paucissimi Theologi comparuerūt. In pro-
 xima eiusdem licentia, nullus comparuit prater Dorpiū
 & Erasmus. Nam eodem die inhibuerant Theologi li-
 centiae actum. Sed illico appellatum est, & ostensum est
 illos non posse inhibere. Nec tamen uoluerūt retractare
 suā inhibitionē. Sed in hoc conspirarūt ut nemo Theo-
 logorum compareret, solo Dorpio non monito. Eras-
 mum cōstituerunt nunq̄ uocare ad actus. O grauem uin-
 dictam. Quis digne miretur hominū demētiā! Rem
 tam atrocem, quæ possit totū cōturbare inūdū , aggressi
 sunt tam stulte ac temere. Constat Romæ rem actā sine
 ordine, uehemēter obſistēte Cardi. S. crucis, & aliis mul-
 tis. Bulla Coloniæ, Louaniæq; nata, fuit excusa, antequā
 euulgata : & quod excusum est dissidet à bulla, quā ad-
 fert Aleander. Eruditi quibus lecta est bulla, cōfirmant
 multa esse in bulla, quæ ſuſpitionem faciat eam eſſe ſur-
 repticiam. Stilus eſt fratalis, multum abhorrens à ſtilo
 Romano. Insunt ſolœcismi multi . Nulli credant il-
 lam præter quām Theologi, nec unquam fuit examina-
 ta, nec diſtinguit errores, quos cōmemorat. Iā uide mi-
 niſtros huius præclari negotii. Primus erat Card. Caieta-
 nus, quo nihil ſuperbius, nihil ſceleratus: & is Prædica-
 tor eſt. Huic ſuſceſſit Carolus à Milticiis, Huic Marinus.
 Postremo quē nihil pudet, glorioſus Hieronymus Ale- Alexander
 ander, quem publicus rumor, uultus, lingua, fides planè
 teſtantur eſſe Iudeum : & Iudei ſuum agnoscūt. Eſt hoc
 in ſatis, ut Christiani patiantur à Iudeis. Sic Iudeus in

ACTA

tauit Iulium Pontificē in exitium orbis. Sic Pfeffercorn
Coloniæ turbauit orbē Christianū. Sic nūc Aleander co-
gnatus Iudeæ, uincit suos maiores, uel ob tres drachmas
proditurus rem Euangelicam. Ea uita cognitus Patauii,
& Lutetiae, ut ipse qui libros alienos exurit, sit exurēdus.
Nam ille hæreticus dici non potest, qui nihil credit. Im-
petratum per unū aut alterum mandatum à rege inscio,
aut certe male instructo, de bullæ executione. Hic mini-
ster fuit Rimaclus, notæ improbitatis ganeo. Iam si pla-
cet fōtem consyderemus. Res primū orta ex odio lin-
guarū, ac bonarū literarū aduersus Capnionē. Res acta
est perfidissimum Hoochstratū, & furiosum simul & fatuū
Edmōdanū. Accessit Latomus nō inscius, sed peruersus
Mendicantes. Gallus. Accesserūt ordines mendicantium, qui timent,
ne uocentur uel ad famē, uel ad opus manuū, si labascat
regnum Pontificis Romani, per quem regnāt nunc in-
Theologorum *peruersitas.* Nullus est Theologus, qui solus dānet omnes arti-
culos in bullā cōmemorates. Sed quēadmodū Octavi-
us, Lepidus, & Antonius cōspirātes ad opprimēdā liber-
tatem publicam, iunctis copiis, sic concordarūt, ut singu-
li eorū paterētur quosdā occidi, quibus bene uolebant:
Ita isti alias in alterius gratiā passi sunt quædā damnari,
modo ille uicissim pateretur damnari, quod oderat, aut
quod putaret incommodū suis rebus. Nā Louanienses
non damnāt id quod maxime grauat Lutherū, uidelicet
primatū Pontificis nō esse iuris diuini. Et Turnhout pa-
ranc refellere cōclusiones Lutheri, testatus est se hoc uel-
le intactū relinquere, Satis igitur declarāt se in hoc sen-
tire

tire cū Lutherō , & tamē passi sunt damnari in bullā . Et Louanii sunt qui obstiterint , ne quædam damnarētūr . Ecce duæ tantū Vniuersitates , etiam coniuratæ non consentiunt . Iam cum fateantur in Thoma , in Scoto , in Petro Lombardo , in Augustino , in cæteris oībus esse errores , & eosdē quos damnat in Lutherō , nec his offendantur , satis declarat se odio Lutheri facere , quod faciūt , nō zelo fidei : quē nō habent homines fucatissimi , sui tantū amantes , nec aliud q̄ regnū affectantes . Nemo frater me monuit Lutherū , cupientem discere : nemo docuit , nemo resellit . Tandē cœperūt in scholis disputare aduersus Lutherū , sed ita , ut nō liceret baccalauriis loqui . Cuidā Theologo adducenti argumentū , quod nō possent soluere , uehementer indignati sunt , & collegerunt cōsilium de illo eiicendo . Turnhout , & Latomus cœperunt resellere in lectionibus suis , & uix perfecerunt duo capitā : tantū ut esset prætextus apud stultos , ut interim procura rent ea , quæ nunc uidemus . Quod si res eò deducatur , ut Theologis liberū sit absq; rationibus dicere , hoc falsum est , hoc hæreticū , hoc offensiū : nec ulli sunt libri in quibus nō possis aliquid tale calumniari . Cuicūq; succensebit Hoochstratus , uocabitur ad ignē : & bona literæ , & boni uiri prodentur hominis indocti , furiosi , & scelerati libidini . Ille in suis præfationibus gloriolis promittit illos admirandos syllogismos , quibus uolētes , nolentes , sit adacturos nos ad obediendū . Et subito profert carnificem suū cū fasciculis , ipse carnifex cucullatus . Omnia quæ haec tenus in Lutherum sunt scripta , habent manife

ACTA SEMIDEORVM LOVNIENSIVM.

stam insaniam. Omnes turpissime adulantur Pontifici, quorū primus fuit Car. Caietanus, & Sylvester Prieras. Tertius, Thomas Todischus. Quartus, Augustinus Minorita quidam. Nā Louanienses ni fallor non edent suas nenias. Christus nō dignatus est docere uel infimā plebem. Isti nō dignātur docere virū integrū, & eruditū. Quod si Episcopi omnes, ut quidam nūc faciunt, cōnuebūt ad ista, breui futurū est, ut mēdicantes adepto regno insultent in capita ipsorum, & in eos quoq; per Pontificem tyrannidem suam exerceant. Dicet aliquis quid si et? Pontifici resistere difficile est. Primū tutissimū est credere hæc agi Pontifice nescio, aut certe non edocto sufficier. Examinetur Aleander, & inuenietur scelerosus Iudaeus. Examinetur bulla, & iuenietur surrepticia. Quæ etiam si uenit à Pōtifice, tamē nō statim est procedēdū, donec Pontifex audierit saniora cōsilia. Alioqui periculū est ne hæc res pariat magnos tumultus in orbe Christiano. Facile est Lutherū eximere è bibliothecis, at non facile est illum eximere è pectoribus hominū, nisi refellātur illius insolubilia argumenta, nisi contrarium doceat Pontifex sacrae scripturæ testimoniis. Satis diu impositū est mundo fucis, post hac doceri cupit. Nec defunt ingenia quæ flecti ueris possunt, terroris fumis nō possunt. Veritas nescit opprimi, etiam si opprimatur Lutherus.


IN PORTENTOSVM ROMANI PONT.


ministrum, sub ouino tegmine rapacis
simum lupum occultantem, Hiero-
nymū Aleandrum, D. Mar-
tini Lutheri quidam di-
scipulus.

AN non in fatis hoc esse uidemus, ut usque
Christicolam populum turpis Apella premat?
An non uerpus erat, quo fretus Iulius olim
Impia tot reges mouit ad arma pios?
An non uerpus erat, Iuda sceleratio ipso,
Per quem tempestas sœuitt Hochstratica?
Nunc Aleander adest recutitæ gloria gentis,
Intentatq; uiris omnia dira probis.
Ecce armata uenit factis nigra bellua bullis,
Et ciuem simulans, hostica cuncta parat.
Exurit libros, magis exurendus at ipse,
Si caperet factis præmia digna suis.
Hoc monstrum Caroli regis se trusit in aulam
Funestans Furiis omnia læta malis.
Ipse licet sacro singat se fonte renatum,
Attamen agnoscit gens recutita suum.
Agnoscit uerpus strepitum, sua uerba sonantem:
Agnoscit uultum, mentulam, & ingenium.
Quacunq; aspicias, Iudæum curcta loquuntur:
Sermo, fides, mores, os, color, ipse habitus.
Quot monstra hic lernam conflata uidemus in unam?
Sive Midam species, sive Thrasona magis?

Est Gnatho cum libuit, non hoc furiosior Ajax:
Sæpe etiam foedus Sardanapalus erit.
Cætera non referam, quibus ipsum Sardanapalum
Exuperat: quid enim nota referre iuuat?
Non habet hic oculos generosi principis aula:
Non habet hic sorteis Teutona turba manus:
Huius progenitor, triginta prodit Iesum
Nummis, hic ultiro prodere non dubitat.

FINIS.





O. Schmidlin
Buchbinderei
Basel

